Tab. I.

I. SVIGGERVS I., *Comes de Balatshauſen* in Saxonia, primus eſt, quem hiſtoriæ memorant. Ejus in Saxonia majores, ut Berthæ coniugis in Sueuia iam tunc temporis per aliquot ſecula claruiſſe nullum eſt dubium. Vxor BERTHA, filia & hæres ultimi Comitis de Schwabeck in Burgouia.

II. HVNOLDVS *de Schwabeck*, frater Suiggeri II., Comitis de Schwabeck, qui floruit anno 1066. Hic cum Theodorico Comite de Winzenburg, in Saxoniam profectus ab Epiſcopo Hildeſiano caſtrum & dynaſtiam ab *Ahlefeldt* obtinuit, & inde ſibi poſterisque nomen ſumſit.

III. WERNERVS Baro AB AHLEFELDT.

IV. HENRICVS Baro AB AHLEFELDT.

V. CONRADVS Baro AB AHLEFELDT, oppido Hildeſienſis dioeceſeos, ob controuerſias cum Epiſcopo Hildeshemio ortas, circa A. 1152. ad Suenonem, Regem Daniæ, profugit.

VI. HENRICVS AB AHLEFELDT. Vxor ANNA ex familia de KRVMMENDICK.

VII. GOTSCHALCVS AB AHLEFELDT. Vxoris nomen & familia latent.

VIII. MARQVARDVS AB AHLEFELDT. Conthoralis non annotata.

IX. HENRICVS AB AHLEFELDT. Coniux ignoratur.

X. BENEDICTVS AB AHLEFELDT *Senior*, qui claruit ab A. 1350. ad A. 1380. & cum Waldemaro Duce Sleſuicenſi bellum geſſit. Eius conthoralis fuit ex familia STVRE. S. §. XV. XVI.

HENRICVS AB AHLEFELDT, Benedicti Senioris frater, qui primus in Holſatiam conceſſit. Ab eo aliquot lineæ propagatæ. §. XVI. XVII.

XI. BENEDICTVS AB AHLEFELDT *Junior*, & prior coniugum filia NICOLAI DE LEMBECKEN regni Dapiferi. S. §. XVI.

XII. NICOLAVS AB AHLEFELDT, Dux belli aduerſus Dithmarſos anno 1403. Eius coniux ex familia DOSENRATH. S. §. XVI. XVII.

XIII. NICOLAVS AB AHLEFELDT, cuius thori ſocia fuit WVLFFGANGI POWISCH in Seegarden filia. De Dni Nicolai parentibus certo non conſtat: quantum autem ex non temnendis indiciis hactenus colligi licuit, fuere illi num. XII. commemorati. S. §. XVII.

XIV. BENEDICTVS AB AHLEFELDT in Seegarden, et thori ſocia ex familia BVCHWALDIA, cuius tamen nomen non annotatum. S. §. XVIII.

XV. NICOLAVS vel CLAVS AB AHLEFELDT in Seegarden & thori ſocia Dna ITHA, filia HARBVRGI BREIDEN. S. §. XVIII.

XVI. BENEDICTVS AB AHLEFELDT in Seegarden & uxor ANNA AB AHLEFELDT, lineæ Lehmkulen, cuius genitor hactenus mihi ignoratus.

§. XIII.

T

Tab. II.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn356872149/79
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft